



**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1581 usque ad annum 1589

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1772**

**VD18 90118650**

§. 96. Maduanus Dux Lutetiam Parisiorum veniens.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67246](#)

**Sæcul. XVI.** Præfules in libertatem afferi petiit, egitque de iis, quæ Rex pro impetranda venia agere teneretur. Postea die decima tertia Martii Deputati quarta vice audiebantur: ast hoc idem colloquium æque, ac priora successu caruere.

### §. XCVI.

*Maduanus Dux Lutetiam Parisorum veniens.*

**Thuan. Da-** Interea Maduanus Dux Lugduno e-  
**vil. &** lapsus, postquam plures urbes oc-  
**Spond. l.c.** cupaverat, die vigesima quinta Februarii  
**Cayet t. 2.** unacum quatuor armatorum millibus  
**chron. nov.** ac quingentis Nobilibus Lutetiam Pa-  
**Journ. de** risiorum ingrediebatur, quem Aum-  
**Loy sel.** lius Dux, necnon ejusdem nominis  
 Eques ejus Frater mox omnibus ho-  
 noribus excipiebant, eumque foeder-  
 torum Senatus tanquam caput suum  
 protinus consentiente populo proclama-  
 bat: imo etiam idem Senatus, omnes  
 que Curiæ una congregatæ præcedentes  
 Brissonio primo Præside eundem *supre-*  
*mum Status Regii*, & *coronæ Francie*  
*Vicarium* nominabant, ea tamen lege  
 ne hoc munere fungeretur, donec ge-  
 neralia Ordinum comitia ad Mensam  
 Julium indicta celebrarentur. Poste-  
 die vigesima secunda Februarii Du-  
 dignitatem sibi oblatam in pleno Se-  
 natorum confessu acceptabat, ac jure  
 jurauit.

jurando publice præstito pollicitus est, quod Religionem Catholicam, Apostolicam, Romanam contra omnes defendaret, ac statum regium integrum, Curiarum supremarum auctoritatem, priscos justitiæ ritus, Ecclesiæ, ac nobilitatis privilegia tueri, & potestate fibi commissa ad Dei gloriam, publicam Regni utilitatem, securitatem bonorum, & malorum terrorem, bene, recteque uti, insuperque curare vellet, ut leges, & constitutiones Regni serventur, magistratibus debita obedientia præstetur, populus tributis levetur, & ab omni vexatione liberetur.

Sæcul XVI.  
A.C. 1589.

Ad hæc populus tam immodico tri-  
pudiabat gaudio, ut Ducis, qui  
tiaram capiti suo impositam gere-  
bat, effigiem palam exponeret, imo  
etiam eidem solium erigeret, quod ta-  
men Dux concendere renuit, dissen-  
tionem veritus inter ceteros suæ factio-  
nis duces, qui quidem ejusdem socii,  
non autem subditi nominari volebant:  
eapropter duntaxat firmata sua auctorita-  
tate ipso foederatorum Senatu potentia  
superior esse gestiebat. Postea decre-  
tum de attributa eidem auctoritate in  
Curiae tabulas die septima Martii rela-  
tum est, ruptisque Regiis sigillis duo  
nova conficiebantur unacum Franciæ  
insignibus, folioque vacuo, addita hac  
*Hist. Eccles. Tom. L.*      Xx      inscri-

**Sæcul. XVI.** inscriptione: *Regni Francici Sigillum*,  
A.C. 1589. ex quibus majus Status Consilio, mi-  
 nus vero Cancellario, & Senatum cu-  
 riis tradebatur.

Dux cum hoc pacto in Fœderatorum  
 Ducem proclamatus esset, primas eo  
 curas intēdit, ut auctis copiis in om-  
 nes Provincias irrumperet: hanc in  
 rem Tribunos selegerat, qui cuncta ad  
 fœderatorum negotia procurarent, et  
 Regis partibus addictos ubique inseque-  
 rentur: porro omnes ad ejus imperia  
 sese inclinabant, ac urbium potissimum  
 Parisiensium exempla imitantes adver-  
 sus Henricum insurgebant.

§. XCVII.

*Periculosa Urbis Tolosanæ seditio.*

*Thuan. l. 95.* Nullibi magis, quam in Tolosana Ur-  
*vie de Jean* seditionis flammæ furebant,  
*Durantii* debacchabantur; quippe Urbanus  
*par Martel* S. Gelasio Convenensis Episcopus in-  
*Advoc. dans* fes memoir. jurias sibi a Rege illatas ulciscendi  
 occasionem arripiebat, ac populi jam al-  
 unde ad seditionem parati furorem magis  
 accendere parabat, igitur rebelles  
 Senatum erigunt ex nequissimis, quo  
 Urbs alebat, Viris conflatum: quo per  
 acto furentinm audacia adeo crescebat  
 ut Durantius primus Præses tumultum  
 sedatus Urbis Prætorium adire cogere-  
 tur: equidem ob hujus Viri præsentiam

popu-